

barina & mercurialia cum subjuncto balsamicorum usu maximam habere efficaciam, neque dubitandum est, quin similis medendi ratio in aliis gravibus cerebri capitisque affectibus, qui a stagnante & extravasata serosa sanguinis portione nascuntur, si non jam altiores radices egerint, opportunum locum inveniant.

## DECADIS QUARTÆ

### CASUS I.

DE

### SAPORE CORRUPTO.

**I**n vornehmer von Adel, acht und funffzig Jahr alt, eines sanguineo-cholerischen temperaments, der von Jugend auf sehr zum Nasenbluten geneigt, sonst aber ziemlich frisch und gesund gewesen, jedoch seines Amtes halber sich viel fatigiren müssen, hat sich bisweilen starck erkältet, auch dann und wann einige debauchen gemacht, bekommt vor einigen Jahren, weiß nicht, aus was vor Ursach, in dem Gesichte einen starcken Krampff und wird am lincken Fusse mit einem Schlag-Fluß befallen, also daß er selbigen nicht regen noch bewegen kan, dabey auch der rechte Arm schwehr geworden, daß er solchen nicht recht auf das Haupt bringen kan. Dieser Zufall ist zwar nach Gebrauch einiger medicamente nach und wieder vergangen, ohne daß einige Schwehrigkeit in Bewegung des Fusses zurück geblieben; allein nicht lange hernach hat der Patient einen grossen Zufluß des Speichels im Munde verspühret, also daß solcher starck aus dem Munde geflossen, dabey denn der Geschmack gänglich verdorben worden, und zwar solcher Gestalt, daß im Anfang alles, was er zu sich genommen, ihm vorgekommen, als wennes süß und wiederlich wäre, hernach aber hat ihm alles übel und gleichsam faul geschmecket. Dieser verdorbne Geschmack hat bereits zwey Jahr gewähret, und hat nichts helfen wollen, ob er gleich deshalb die berühmtesten Medicos consuliret. Der appetit ist anjeko gar schlecht, anbey klaget er über Mattigkeit in den Gliedern,  
und

und verspühret er einigen Strepidum und Krachen in Händen und Füßen, wenn er solche beweget. Die hæmorrhogizarium sind bey Anfang dieses mali ziemlich starck gewesen, nachdem man aber etliche mahl dem Patienten zur Uder gelassen, sind selbige endlich ausgeblieben. Vor einigen Wochen bekam er einen Durchlauff und zugleich einen grossen Schmerz und Brennen im Magen, worauf der üble und verdorbne Geschmack noch schlimmer geworden. Dannenhero der Herr Patient zu wissen verlangt, von was Ursachen dieses malum bey ihm entstanden, und wie solchen auf eine sichere Art abzuhelfen sey?

### Epicrisis.

**C**orruptus ac depravatus ille sapor, de quo æger maxime conqueritur & cujus potissimum tollendi causa consilium flagitat, non respiciendus est ut morbus primarius, sed potius tanquam symptoma affectionis scorbuticæ atque ex hæc oriundæ paralyseos. Ex iis enim, quæ in historia morbi proposita sunt, manifesto perspicimus, ægrum ante aliquot annos & spasmo, ut vocant, cynico, & lateris sinistri resolutione fuisse affectum, cujus origo omni procul dubio ad pravam & scorbuticam humorum diathesin partiumque nervosarum debilitatem, ex variis prægressis causis, animi scilicet commotionibus nimiaque corporis refrigeratione, subortam, referenda est. Et quoniam strepitus ossium imbecillitatem ligamentorum, quibus artus vinciuntur, nec non humorem ex glandulis articularum pinguedinosi exsillantem minus lubricum ac benignum designat, haud parum utique mali scorbutici, in massa humorum delitescens, augetur suspicio. Quum vero corruptus ille sapor paralyticum affectum statim exceperit, non dubitare licet, quin illius generatio huic malo tribuenda sit. Derivamus igitur molestissimi hujus saporis causam a depravata constitutione glandularum, quæ salivalem laticem secernunt, & maxime ab earum atonia nimiaque vasculorum relaxatione, quæ lateris sinistri paralyseos insequuta est. Purum enim & sincerum saporem efficit maxima ex parte benigna ac temperata salivæ lymphæ indoles, quam imprimis a convenienti glandularum seu vasorum secernentium structura ac motu proficisci putamus.

Nam

Nam secretionem humoris v. g. biliosi in hepate imminuta vel impedita, hic alienus latex ad glandulas salivales transfertur, ibique separatus salivam contaminat, unde omnia, quæ ingeruntur, amaricantem saporem exhibent. Ita in malo scorbutico, imo etiam in febribus saporem penitus interdum vitari videmus, quoniam pravitas succorum, qui per congrua emunctoria non separantur, omnes alios secernendos humores atque adeo etiam salivam coinquinat, ex quo fit, ut omnia sub hisce morbis ingesta putridi & fastidiosi saporis sensum inferant. Quamobrem si quis hunc affectum tollere ex toto instituat, eum hanc medendi rationem inire oportet, ut primo universa sanguinis & humorum massa bene depuretur, quod apertis emunctoriis & liberiori reddito humorum circuitu commode obtineri potest. Deinde dispiciendum, ut oris & faucium glandulis, quæ salivam plorant, robur pristinum restituantur. Quum autem Medici, more plerisque consueto, neglectis hujus mali causis, varia remediorum genera ad hunc affectum tollendum promiscue & sine delectu tentaverint, non mirum videri debet, quod ægrotus noster a tot exhibitis remediis nullam prorsus opem perceperit. Curam igitur hunc in modum instituendam ducimus.

1) Exhibendæ sunt ad aliquot dies pilulæ, balsamica & laxante virtute instructæ, quæ ex aloe, rhabarbaro, agarico, mastiche & aristolochia rotunda parari, & vel mane vel versus noctem assumi possunt.

2) Primis viis leniter expurgatis in usum vocare oportet decocta diaphoretica & diuretica, quæ confici possunt ex lignis & radicibus, v. g. rasura ligni sassafras, ligni juniperi, radice sarsaparillæ, cichorii, chinæ, scorzonæræ, mastiche, tartaro tartarificato vel arcano duplicato, adjectis passulis corinthiacis. Hujus decocti octo unciam quovis mane ad minimum per septem dies calide sumi debent, disponendo corpus ad lenem sudorem. Cum hoc decocto alternis diebus sumi potest Spiritus noster diaphoreticus, ex partibus tribus liquoris nostri anodynæ mineralis & parte una Spiritus bezoardici mixtus, ad guttas 50. Dicitur vix potest, quam egregias & excellentes hic spiritus possideat vires in pellendo sudore tubulisque cutis aperiendis & depuranda humorum massa. Ex hisce

(Med. Conf. 2. T.)

Æ

speci-